



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1725. usque ad annum 1728

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1784**

**VD18 13322648**

§. 32. Joannis Patrizii Cardinalis extrema.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67667](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67667)

zolantes in Generalem Præpositum e-  
Sæc. XVIII.  
tigebatur. Tandem hic Cardinalis A. C. 1727.  
exeunte Anno 1726, in periculum in-  
cidit morbum, cumque mortis horam  
oppido vicinam esse sentiret, Sacris  
Ecclesiæ Sacramentis rite munitus, die  
tertia Januarii pie in Domino obiit,  
annos natus octoginta quatuor. Ejus  
decessum lugebant omnes Römani,  
præcipue vero pauperes, in quos bis  
centies mille aureos benefica manu-  
rogabat, valde tenui substantia suis  
hæredibus relicta.

## §. XXXII.

*Joannis Patrizzii Cardinalis  
extrema.*

Hunc Cardinalem pari mortis necessi-  
tate sequebatur Joannes Patriz-  
zius patria Romanus. Patrem habuit  
Marchionem Patrizzium, & Matrem  
Virginiam de Corsinis, a quibus pa-  
rem egregiis natalibus educationem  
nactus, sub optimis Institutoribus tan-  
tum in humanioribus literis profecit,  
ut facto ad altiores disciplinas gradu  
Doctoratus laurea decoraretur. Jam  
tum omnium judicio ad publica officia  
natus credebatur, unde paulopost ab  
Innocentio XI. variis Congregationi-  
bus associatus, ab Innocentio XII. Pe-

N n 2                   rusi-

Sæc. XVIII. rusinæ Urbis Præses, & Seleuciensis  
A. C. 1727 Archiepiscopi titulo auctus, Neopolin

Nuntius Pontificius decernebatur, quo  
in munere nunc Hispanis, nunc Au-  
striacis in hoc Regno dominantibus,  
tantam prætulit sapientiam, ut non  
minus (quod plane mirum erat) Pon-  
tifici & Philippo V. quam Carolo III.  
acceptissimus, omnibus plane satisfa-  
ceret, adeo, ut demortuo Cantelmo  
Archiepiscopo, ipse Vicario nomine,  
huic Ecclesiæ a Papa præficeretur, raro  
moderationis exemplo haud ægre fe-  
rens, quod ipso inscio Canonici Ca-  
thedrales sub obtentu veteris privilegii  
Doriam Canonicum in Vicarium ele-  
gissent, cujus tamen electionem Pon-  
tifex irritam declarabat, Canonis  
tantopere indignantibus, ut etiam Bal-  
dachinum & Sedem pro Patrizzio in  
Ecclesia præparatam vi auferri jube-  
rent, eique inhiberent, ne solemne  
Sacrificio in festo SS. Trium Regum  
perageret. Re comperta Pontifex  
Pignatellum in Archiepiscopum, &  
Patrizzium in Poloniæ Nuntium no-  
minavit, quam tamen dignitatem hic  
acceptare recusans, a Clemente XI.  
supremus Ecclesiæ Thesaurarius, &  
demum Cardinalis renuntiatus est. His,  
aliisque defunctus muneribus, atque  
in plures Patrum cætus adlectus, tan-  
dem

dem Ferrariensi Legatione augebatur, *Sæc. XVIII.*  
 cui postquam novem annis summa A.C. 1727.  
 cum laude præfuit, die trigesima  
 tertia Julii ibidem decepsit anno ætatis  
 suæ sexagesimo nono. Princeps erat  
 justitiæ, ac publicæ utilitatis studiosissimus,  
 qui suis virtutibus unice commendatus, in binis comitiis dignissimus  
 habebatur, ut ad D. Petri solium  
 evehetur.

## §. XXXIII.

*Carolus Augustinus Fabronius Car=*  
*dinalis mortuus.*

Postremus ex Purpuratis, qui hoc  
 anno obiere, erat Carolus Augu-  
 stinus Fabronius Pistoriensis. Hic  
 Romæ emenso studiorum curriculo Pi-  
 fas contendit, Jurisprudentiæ operam  
 navaturus, ubi celeberrimi P. Henrici  
 Norisii postea Cardinalis auditor, &  
 Amicus erat: Inde Romam reversus,  
 ac utriusque jurisprudentiæ laurea in-  
 signitus ab Innocentio XII. libellorum  
 supplicum & Congregationis de Pro-  
 paganda Secretarius Jansenistis impla-  
 cabile bellum indixit, ejusque opera  
 Petrus Coddeus Sebastenus Archiepi-  
 scopus Romam venire jussus, officio  
 amotus, ac demum unacum suis scri-  
 ptis damnatus est. Ejecto ad supre-

Nn 3                          mum